

Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

De Sanctorum Festiuitatibus Annitotius - Nvnc Demvm Integre Svppleti,
Concionibus per octauam Vener. Sacramenti suo ordine intersertis

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

In Festo S. Benedicti Abbatis. Ecce nos reliquimus omnia, &c. Matth. 19. 1.
De mundi contemptu. 2. De verbis illis: Ecce nos reliquimus omnia. 3. Cur
S. Benedictus mundum deseruerit. 4. De alijs ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56205](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56205)

complectente, insolito animi iubilo plaudenter. Ipsum Dauidis tripudium nihil continebat admirabile, sed infantis huius exultatio purum ac merum erat miraculum. Atque in hoc finem faciam.

Vidistis igitur, Auditores, festi huius causam: vidistis quid ipsa Virginis huius visitatio designet: audistis effectus, mirabilia, & benedictiones, quae ad eius ingressum in Zachariae domum inuolunt. Ipsam ergo magna animi contentione oremus, nobis ut eundem fauorem ostendere, atque harum gratiarum aliquam in nos effundere dignetur, fixo eam obtutu intueamur hodie surgentem, atque instar aurora progradientem, pulchram ut Luna, electam ut Sol: & ad illam confugiamus, ope meque speremus ab illa, qua terribilis ut castrorum acies ordinata.

Canic. 6. Progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut castrorum acies ordinata.

Hinc laudabilibus illustribusque titulis permoti & inuitati te inuocamus sanctissima, sacraissima, ac glorioissima Virgo. Tu namque vere pulchra es ut Luna, qua nocte luet ijs, qui in peccatorum caligine ac tenebris versantes ad lucem magna animi contentionе anhelant. Aurora vero ijs, qui ctiminum tenebris egressi, ad pœnitentia diem transierunt. Denique sol ijs, qui postquam ad lucem pervenerunt, in gratia splendore ac claritate iam viuunt. Ut vero aduersus hostiles incursus ac violentiam auxiliatrices afferre manus queas, terribilis atque horribilis es, ut castrorum acies ordinata. Hinc, & beatissima Virgo, qui modo in peccatorum nocte degunt, te ut Lunam suam intuentur: quibus diei gratiae aurora iam illuxit, te ut Auroram respiciunt: qui caritatis ardoribus flagrant, te in solem suum eligunt, ad te omnes confugiunt, & a te velut a castrorum acie ordinata auxilia expectant. Ut hoc in mundo sub protectionis tuae insignibus certantes, in altero, in quo omnis nostra beatudo sita est, mercedem adipisci mereamur, ad quam nos Pater, & Filius, ac gloriatus Spiritus sanctus deducant.

Amen.

IN FESTO S. BENEDICTI ABBATIS.

Partitio.

- I. De contemptu mundi.
- II. De verbis illis: Ecce nos reliquimus omnia.
- III. De S. Benedicto, cur mundum defuerit.
- IV. De alijs eiusdem praelaria dobitibus.
- V. De Ordinis eiusdem nobilitate & antiquitate.

Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, &c., Matth. 19.

F I G V R A.

MAgnum ille Deus viuens, omnipotens, & aeternus, Abrahām Patriarcham habens carissimum, eumque ad magna vocans, ac destinans, hoc illum est modo allocutus: *Egredere de terra tua, & de cognitione tua, & de domo Patrii tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi, faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, et risque benedictus.* Cum sanctum hunc virum, cuique vocationem & obedientiam, qua Deo vocanti paruit, accuratius mecum perpendo, omnia quam aptissime sanctissimo viro Bene. S. Benedicto acmodati posse videntur, quod enim filius Abrahā fuit tempore legis naturæ, hoc hic in lege hamo Evangelica existit. Abraham siquidem multo genitū pater fuit, filiorū Dei origo, fidelium Patriarcha, ac præterea magnus fidei magister, & pio erga Dei obsequiū zelo flagrans, Ad hanc omnia quam proxime accedens S. Benedictus, magnæ xeritate sua deuotionis fuit magister, reformationis auctor, virtutū doctor, Religiosorū Patriarcha, Monasteriorum fundator, animarū sanctorū dux & director, ad hanc omnē mundi contemptū penitus spirans, & Dei cultui addic̄tissimus. Ceterum, quod Abrahā dictū fuit, cum huic quoque dicersetur, eadem vocanti Deo promptitudine est oblectus, & factæ illi promissiones & adimplitæ, in hoc renouatae sunt. Abrahā namque exemplo cœlitus vocatus S. Benedictus, patris excessio solo

folo, mundum deseruit, domum & paternam omnem hæreditatem libens reliquit, & in regionem cœlitus illi monstrataam quantocyn contendit, vocantem secutus Deum. hinc innumeram post se filiorum reliquit prosapia, Religiorum numero multiplicatus est, omnigena benedictione cumulatus, nomen eius magnificatum, fama eius exaltata, ac sanctitatis illius rumor per vniuersum diffusus orbem vereque fuit benedictus. Illius in landem hodie, quo anniversaria festi eius celebatur festivitas, mirabilia eius deponere decreui, illius hodie panegyristam agere ac præconem. Vi vero coelestem favorem adipiscamur, & Spiritus S. gratia sua auxilietur, ad Virginem primo conuertamur ne cesset est ut solita eius intercessione iuuenimur. Quamobrem flexo poplite & corde sursum sublato vna cum angelo eam salutemus.

AVE MARIA.

Refert Theophrastus, Philosophos nonnullos apud Iulianum Alexandri Magoi patrem quodam tempore in certamen litterarum disceptando venisse disquisituros, ecquid inter omnia creata in mundo maximum foret: eis que sententiam rogatis, vnum inter alios dixisse maximum omnium esse Olympum mortem, cuius apex & vertex medium acrius regionem transcederet: alium ab hac sententia deflectentem, afferuisse solem magnitudine creatis rebus omnibus praestare, cum ipse caelos omnes & elementa naturalia illuminet, & illuster: Cum ergo disceperantes diuersaque afferentur sententiae, & suam quisque adserueret, postremus tandem meo quidem iudicio omnium sapientissimus, cuiusque opinionem omnes velut optimam ac probatissimam amplexi sunt, nihil esse dixit in rebus humanais maius aut eminentius animo magna contentienti & generose calcanti, atque in hoc soto omnem mundi magnitudinem consistere. Nunquam quid ad fidem Christianam aut accommodatius aut aptius Philosophus vñus protulit. Egregia enim hæc sententia, & qua affari minor non poterat. Ille enim dubio procul maior est eo, qui omnem sibi orbem subigeret. Nam maius est longe mundum contemnere quam acquirere: & victoria ipsa dignior est contemptus. Hiac sumnum quendam Paulus censet, & credit eum, qui omnia

pedibus subiicit & conculecat: atque inde hanc elicit consequiam in epistola ad Corinthios. Altissima paupertas eorum abundant in diuitias simplicitatis eorum. Ad quem locum 2. Cor. 8. Glossa & S. Thomas explicationis gratia illa adaequant verba, Altissima dicitur paupertas, quia qui contemnit diuitias, altissimus est. Et levatus super temporalia.

In huius rei figuram ipse mundi Servator Christus Ioannem Baptistam inter omnes natos mulierum summum ac maximum censuit dicens, Inter natos mulierum non surrexit major Ioannes Baptista. Q. e. verba de corporea magnitudine intelligenda nequaquam sunt, aliquin enim multis fuisse gigantes legere est, qui corporis eum mole superarunt, sed de animi magnitudine & generositate, quam in rebus omnibus contemnendis, domo paterna de serenda, honoribus ridēdis, vanitatibus ex plorēd s. opibus conculcandis in tenera aetate ostendit, dum in desertum abiit, solus ut viueat. Magnitudo S. Ioannis sita in nū- di contem- ptu.

Vniuersalia Baltafariis Babyloniorum regis regia non parum obſtupuit, & depredicauit genetosum & sublimem in Daniele Prophete, vero Dei seruo animum, quod omnigenas diuitias honoresque à Rege oblatos, qualia erant torquem aurum gessare, purpura vestiri, tertium in regno esse, aliaque in appendio magna, heroica quadam constantia repudiaret. Quamobrem mente alta spectanti & egregia quadam virtute his regem verbis est allocutus, Munera tua sint tibi, Et dona domus tue alteri da, non mihi, qui sanctam quamdam paupertatem & generalem rerum omnium contemptum spiro.

Eadem generositatem, animique celsitudinem Apostolorum ipse Princeps tum ostendit, cum tam suo quam collegarum nomine coram Redemptore & hanc paupertatis professionem fecit, Ecce nos reliquimus omnia, Et secuti sumus te. Quia verba singula pondus habent, & nullū est, quin energiam includat. Primo vox Matt. 19. ecce, aduerbiū admirationis & stuporis, denotat arduū quid esset & sublime, & admiratione dignū, relinquare omnia. Et sine est aliquid vel opes, vel honores, vel patentes, vel uxores, vel dignitates, ac magistratū desere, esed omnibus simul cedere, & uno ense resindere uniuersum omnia, admirabile est, diuinum, & proprie-

P. 25.

Psal. 72.

par illi Davidice paupertati, *Quid mihi est in celo, & à te quid volui super terram? quālī dicet, Deus meus & omnia, amor meus & omne bonum meum,* te p̄t̄ omnibus selegi ac proposui: nihil est cum in celo, tum in terra, quod p̄t̄ te diligam aut ambiam. Omnia contempsi, te vt possideam solum in anima mea. Locupletissimum me censeo, te habens ac possidens, mundanum nihil.

Multi volu-
lu it amare
cum Deo
mundi va-
nitates.

Hebraica phrasis huic interpretationi robur addens p̄fert, *Et tecum nihil volui in terra:* & magis quoque eidem fuit Chaldeus parphr. stes, *Tecum socium non habui in terra.* Vere autem hoc impletum in ijs, qui Dei amore succensi animum ac cor ab omni re terrena abstraxerunt, mundumque ne hilum fecerūt. Multi quidem possidere Deum volunt, sed ei ad lere collegas & riuales, & simul honorum, opum aliarumque rerum amorem, amori diuino permiscere sat agunt: Exemplo scilicet Samaritanorum, qui verum adorantes Deum, s̄raul & gentium vicinarum numina colebant ac venerabantur. Aut Philisth̄os imitando, qui eadem in ara & Arcam Dei veri, & idoli sui simulachrum statuere cupiebant.

1. Reg. 6.

Secundo dixit, *reliquimus omnia:* id est, mundo valediximus, bonis omnibus vniuer- sim cessimus, deteruimus omnia tam p̄fentia quam futura, & habita & speranda, diuitias, thesauros, dignitates, ad maiora euestio- nes, & quidquid magnum est, p̄t̄ te contem- psumus.

Perfectio-
sira in
Christo fe-
quentendo.

Tertio, *& secuti sumus te.* In hisce postremis verbis vera animæ magnitudo, altitudo, nobilitas ac virtus sua est. Multi quidem omnes facultates reliquerunt, sed alea, dissolutionibus, ingluie, libidine, ac vanitatibus amissas, ac proinde ad extremam redacti sunt inopia, non tamen propterea secuti sunt Christum. Illa bonorum cessio pusillanimitatem atque inertiam, hęc magnanimitatem & generosum quid inuoluit.

Matt. 16.
Lnc. 9.

Ipse Dei filius suos ad hanc magnitudinem & generositatem Christianam inuitans in Euangelio dicebat, *Qui vult venire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me.* Notate Christiani, non dici hic, vt præcedamus eum; hoc namque fieri nequit, quoniam datum est illi nomen, quod est super omne nomen. & de eo dicitur, *Domine quis si-*

milis tibi? & alio loco, Non est qui similis sit ti. Phile. bi. Nec vult nos ad latus suum incedere; nam Psal. 34. quamdam hoc æqualitatem denotat, & rursus hoc penitus impossibile est, nam idem ipse Apostolis alias ait, *Quo ego vado, vos non potestis venire.* Verum dicit, *post me,* atque hoc inferiorum est, & in eo omnis creaturæ situs est honor, suum scilicet ut creatorem sequatur, ut familius dominum, ducem miles, regem ascenda. Vnde & in sacris libris legimus, *Quoniam magna gloria sequi Dominum, &c.*

Ecccl. 13.

Quid opus ergo est factō, vt quis abneget Pauperum semetipsum: vt enim Christiane loquuntur & Evangelia spiritualiter, abnegatio aliud non est, quam vera Christi derelictio aut cessio. Qui igitur ad perfectionē st̄ crucis est adspirat, non modo bona, facultates, honores, agros, parentes, consanguineos deserat oportet, sed & seipsum abneget; nihil p̄t̄ crucē gestet, id est, afflictiones, tribulationes, & Euangelicam paupertatem amplectatur: crucem inquam, in qua Christus fuit coronatus, & ē qua cœlos ascendit, & in qua à centurione ut verus Dei filius in monte Caluariae agnitus est.

Eamdem etiam virtutem ostendit magnus Num. 31. Dei seruus Moses, cum Aegypto egrediens, terramque promissionis petens vniuersarum tribuum nomine ad Sehon Regē Amorrhæorum legatos destinauit, dicentes: *Obfero ut transire mihi licet per terram tuam, non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis, via regia gradiemur, donec transferimus fines tuos.* Babarus hic Amorrhæorum tyranus mudi huius imago est, per cuius Regiā terram transeuntes Dei serui nihil secum ferant oportet, non agros, non vineas, neve alias rum com- villas possessiones, sed regia gradiantur via, paratur donec eius terminis territorioque excederint mundus. Ceterum via regia est rerum omnium contēptus. Hoc porro ritu vitam instituit gloriosus Abbas sanctus Benedictus; hoc & ipse iter- nuit, & tot illustribus animabus complanauit. Magnus inquam ille Benedictus, qui Mosis imitatione, mundi Aegypto egreditus est, & ingens Sanctorum Religiosorum agmen in veram promissionis terram deduxit, nihil in hoc mundo inferiori, p̄t̄ter solum transitum posulans, vanitates eius vniuersas & cætera omnia conculeauit.

Hinc etiam Ecclesia sancta, vt laudes eius II. altio.

Evangelij altiori plectro sonaret, & animi illius magnitudinem, sanctimoniam, & admirabiles virtutes longe lateque dispergeret; illustre hoc ille Benedictus ac*l. Euangeliu*, Apostolorum triumpho recē*commodato* referuntur accommodauit. *Ecce nos reliquimus omnia*. Circa quod ut benedictiones & mirabilia admirabilis huius Benedicti deprecantur; primo vobis cum ob oculos velut insignem mundi contemptum ponam, deinde ut inclytum Religiosorum Patriarchā representabo & duobus hisce punctis ac fundamento (beneuelos modo vos in audiendo experiar) hanc exhortationem inaedificabo, atque ita vniuersam prope illustrium eius factorum ac praeclarorum operum historiam decurram.

S. Benedictus longo tempore in spelunca deluit. *Et in flore aetatis, ac vere annorum constitutus, animo ac pijs motibus plenus, mundo eiusque vanitatibus valedixit, inque desertum concessit, in quo longo tempore speluncæ cuidam inclusus deluit, mundo incognitus, solus Dei, ob quem se à ceteris rebus elongarat, vicinia ac præsencia contentus. Hic sancta illa anima à terrenis vinculis libera, & ab omnibus mundi laqueis pedicisque solutissima soli Deo intendebat; spiritus eius ad solam coelestem pulchritudinem contemplandam cerebatur, intellectus creatoris ipsius mirabilia mirabatur; voluntas ad eum honorandum, amandum, diligendum vnicet tendebat; memoria gratiarum eius & beneficiorum numquam non recordabatur; oculi præclarum & admirabilem tortus vniuersi fabricam, vt inde ad fabri & conditoris laudes mens asligeret; decantandas, assidue contemplabantur; genua in terra flectebat ad unum Deum adorandum; manus iungebat & complicabat ad misericordiam diuinam suis delictis in perrandam, precesq; quotidianas offerendas, os lingua que non nisi ad Dominum benedicendum, cuique laudes celebrandas laxabat; corde vero, ut perfectè fideliter eum amore & perfecto in fidelitate, & super omnia eleuato diligeret, vtebatur. Denique vniuersum corpus, omniaque eiusdem membra & partes, ad perfectam eorumdem Deo subiectionem & honorem illi, profundumque atque humile obsequium deferendū impendebat.*

Magnus olim Deus animas ad perfectionis Beſſe de Sanctis.

magnitudinē his est verbis adhortatus, *Transfite ad me omnes, qui concupiscitis me. quibus Eccl. 22: nos amorem & affectum matare vult, & amorem concupiscentiae, qui seruili, & mercenarius est, in veræ amicitia & benevolentia cōuertere. vt nimirū pure ipsum & simpliciter propter seipsum, & non ob aliud quippiam diligamus. Amor, quo eum S. Benedictus prosecutus est, huiusmodi fuit; nihil quippe prius Deum dilexit, & ideo tantum, quia diligibilis erat.*

Ad primum hunc amorem Regius Propheta olim incitabatur, cum Deo diceret, *Inclinaus eorū meū ad faciendas iustificationes tū as Psal. 101.*

proper retributionem, quasi diceret, Modo de-

cruī serio & ex animo tibi seruire, sed ea con-

ditione, ne mercede destituar, tuque obsequiū

impensum remunereris. Enī, vt amor merce-

narii bonis commodatibusque temporalibus affixus sit, vt amor concupiscentiae pro-

peritatis & prærogatiuas proprias spectet. Ve-

rum deinde ad perfectionem tendens, & affec-

tum commutans, amorem quemdam bene-

uentilatæ ostendit, dicens: *Quid mibi est in eæ- Psal. 72.*

& à te quid volui super terram? quasi dice-

ret: Non amo nisi te, te solum diligo, tu vnicus

amoris mei scopus, non te amo ob bona &

prærogatiuas, quas elargiri mihi potes, quæq;

a magnitudine ac maiestate tua possim ac de-

beo speiare, at dumtaxat ob solam bonitatem

tuam, ob amorem tui, & quoniam nimis ama-

bilis es.

In huius rei sequelam notarunt Patres, ac docuerunt, tum cum glorioſus Apostolorum Princeps Petrus, & Iesu Christi vicarius verba

hæc pronuntiat apud Mæthæum, *Ecce nos reliquimus omnia, & fecuti sumus te, quid ergo*

erit nobis: locutum esse vel ad solatum imper Matt. 19.

sectorum, vel forsitan vt nouitium ac tironē

inxperimentum, quicquid in illis materiis non satis Verba S.

erat verfas, nec reb⁹ spiritualib⁹ assueverat. Petri expo-

sita.

Patriarcha Iacob eiusdem erat genii, & eodem ritu viuebat, cum diceret: *Si Dominus fue-*

rit tecum, & custodierit me in via, per quam Gen. 18.

ego ambulo, & dederit mihi panem ad ves-

endum, & c erit mihi Dominus in Deum, & toto Cur Ange-

vitæ tempore humile illi deferat obsequium. Ius Iacobū

Bimbris eius erat petitio, petebat. n. primò claudicare

Deum possidere, deinde pane rebusque tem- fecerit.

poralibus non destitui. Primum amoris bene-

uoli

uoli erat, 'qui'ynicæ Dei possessioni intendit, ac secundū amoris cōcupiscētia, qui sēper cōmoditatib. tēporalibus inhiat. Atq; bāc ob causam cū bipes incederet, & duplice cor eius amore teneatur, femoris eius Angelus nerū tetigit, claudūque reddidit, minime permittēs, vt desideria eius adeo inordinata forent, & affectus in aua distracti. Qui enim Deo nittitur, nullo indiget fulcro, potest quippe ille appetitus nostros mutare, voluntariique satisfacere, quin imo non in mediocrē eius vergit iniuriam, desiderare & amare cum ipso simul & alia, imo vero mera est fatusitatem censeo, duplice incedere passu velle, duplice inquam amore impelli, qui se inuicem minime ferunt, & alter alterum odi.

In e. 4. Job.

Hæc etiam est Gregorij Magni moralis expositio, qui hanc Iacobi historiam allegoricæ interpretatur: *Hinc Iacob, qui Angelum tenuit, uno mox pede claudicauit, quia qui vero amore sublimia respicit, iam in mundo duplicitibus incedere desiderij necit: uno enim pede innititur, qui solo Dei amore roboratur, & necesse est, ut alius marcescat.*

Credendum porro est, sanctum nostrū Benedictum, qui vitam tam tempestiuæ adeo sapienter instituerat, affectusque suos moderatus erat, vt non nisi Deum solum possidebat, ita quoque non nisi ab eius vnius amore possitum atque occupatum fuisse, vnico hoc animam eius & cor pede inceßuisse, & quidē recta secureque in hoc latus declinasse, cætera claudicasse: Credendum, inquam, sancto hoc eum & vero amore plenum mundum deseruisse, vanitates eius pedibus protiriuisse, non vero altero, qui concupiscentias spectat, ebrium fuisse. Norat enim ita in oratione Dominica à Redemptore rogari præceptum: in qua diuini nominis sanctificatione ante, quam regni cœlestis possessionem petere docemur. Iubemur siquidem prius dicere, Sanctificetur nomen tuum, quam adueniat regnum tuum. Quo cœlico ac Spiritus S. dogmate edocemur, Deo potius seruicēū, cū ex toto corde diligēdū, illius honorē & gloriā quæcēdā, quā commoda attendenda, aut mercede sperancā.

S. Benedictus ergo corde à vero perfecto que amore inflammat, ac mente à fideli periculorum & infidiarum mundanarum cognitione illustrata, generosa quadā constantia mundum deseruit, cuiusque vanitatis nūquum.

remisit, idque heroico quodam proposito, cōmuni & humano longē maiori. Exteriora quidem, quæque in mundi huius theatro adeo se effertunt, per voluntariam contemptit paupertatem, corpus rigida quadam carnis castigatione edomuit, voluntatem sui ipsius renunciatione subegit, ac se ipsum voluntatis propria abdicatione abnegavit: atque in his omnibus integra perse, & quippe consilii rerum mundanarum abdicatione ac vituperium.

Externa quidem perfectissime contempsit, se vero est verius, & iam inde ab adolescentia, honoribus terrenis ac diuitijs cessisse. Nec verò rationes desunt, quibus ad hanc cessionem faciendam inductus est: quarum hæc prima, Obvanitatem eorum nimirum, & quod temporalia nonnisi umbra quædam sint, & inanis & phantastica imago, quæ vel momento pertinet, & nunquam itabili aut fixa permanet, somnia mera, omnis corporis expertia, & ad minimam expergefactionem somniantium in aures euangelientia, mera nugæ, honore & utilitate omni carentes, corda potius ipsam inhabitant inescantes, & fascinantes: denique adeo volatilia, vmbritica & fugacia, tamque exigui ponderis ac valoris, vt non immerito stolidus ille & amens censendus sit, eti si forte ingenio iudicioq; alias polleat, qui ea ita amat & amat, quasi & queri & ab homine diligere quam dignissima forent.

Potens quidam princeps veritatem hanc perspectam habens, vniuersosq; mortales ad mundanarum rerum contemptum ac naufragium adhortatus, quam iam ipse, vt pote relicts omnibus amplexus erat, his eos verbis cōpellat, *Fili⁹ homin⁹ ut que quo graui corde ut quid diligitis vanitatem & queritis mendaciū? q.d. quāta vestrā, o mortales, stoliditas & cæcitas, vt ad aeternā creati, tēporalia tāta contentione profanari? Q.ā dementes ac vecordes, vt cū summa & sincera vobis promissa sint bona, instar brutorū in inferioribus & vilib. adhærescatissim⁹. Proh animos de genere & inertes, vt cum cœlum, in quo sc̄p̄. ra vos ac diademata manent, cōtinere possitis, terra vobis sufficiat, in qua malorum miseriārumque illi adem incurreris.* Psal. 4.

Philippus Macedonum rex, vt quidem profanare refertur historiæ, viso filium Alexandriū in pueritia taxillis (est id exercitium iuuentuti propriū & permisum) iudere, scriter cū comi-

git.

S. Benedic-
tus amore
sancto ple-
nus mun-
dum dese-
ruit.

Quærenda
potius Dci
gloria, quā
nostra
commoda.

III.
S. Benedic-
tus perfe-
cte mundū
concepit.

Matt. 27. puit, negavitque eū lusum Philippi regis filio, qui ad orbis imperiū destinabatur, decorū esse, utpote vilem nimis & tali Principe indignū. Hęc quidem in gentiū scriptis, sed in sacris legere est Iesum Christū, Rēgē regum, ipso extremae cōnā suā die, dum de prærogatiua ac maioratu Apostolos inter se videt cōtendere, & ambitione quadā de honoribus decertare, quis eorū esset maior, benigne eos suauiterq; reprehenditse dicendo, *Hec gētes inquirunt, vos aut̄ non s̄i dicere cupit: Indignū est vos, Apostoli, honoribus inhiare, ad magnitudinē aspirare, dignitates captare, mundana conquirere, deq; ijdē esse sollicitos, hęc gentiū sunt & barbarorū, Deū ignorantiū, fidei expertiū, & alio in mundo nihil omnino sperantū: at vobis hoc indignū, vobis, inquā, discipulis meis, qui paupertatis professionē fecistis, qui mundū dereliquistis, & supremum bonum in altera vita exspectat s.*

Mari. 26. Idem ipse mundi assertor Christus Zebedaei filii per matrem ad dextram & ad finitam eius in regno confessus, i. mundanos honores, dignitates, ac prærogatiuas potentibus: comprehensi. *Dic ut fedeāt hi duo filii mei, un⁹ ad dextrā, & alter ad sinistrā in regno tuo: respondit, aut potius acriter eos corripuit, dicens, Nescitis quid petatis, i. plebeios nimī animos præfertis, ac mente nimis angustā, nimis exigua poscritis, qui regno cœlesti destinati estis, qui vniuersos mortales dijudicaturi, qui Euāgelij præcones, veritatis doctores, Ecclesiæ colunæ, & animarū duciōes constituti, dū sc. infima hęc & via petitis, & toto mentis affectu in honores & mundi vanitates seruimini. Nescitis inquam, quid petatis q.d. Vos pueri estis necīj & ignari, nescitis quid petatis, dum sublimium loco vilissimis & minimis esse vultis contenti. Is namque suis in postulationib; errat, ac quid poscat, nescit, qui vanitates poscit, & ad æterna Ignorantia na natus & vocatus, terrena sibi putat suffice hominum, te, qui propter nihilū supremū dedit bonū, dum recte qui interminabilem ac numquam finiisse reōestis, dum felicitatē cum gaudio, mox vt natum est, temporalia intermoriente, & minime perpetuo cōmutat: denique qui cū rex esse possit, & in regno quidæ æternū duratuo & nunquam terminando, satis sibi esse putat, si vel plebeiam sortem, eamque triuialem in terra nanciscatur.*

Fili⁹ hominū usquequo graui corde: o huma-

na cœcitas! o iudicia nimī quantū à recto abcriātia! o nimis iniqua mensura, & statera dolosa! primus hanc detexit Plaltes regius, & exclamat velut rē prodens, *Mendaces fili⁹ hominū in stateris, o iniquitas! o falsitas! eo quod in illorum bilanciis vanitates magni sint pondēris, lancēq; depīmūt, & magna nullius, quod in pōderādo metiendoque insignē fraudē falsitacēq; redoleat, nō secus ac si pluma maximæ auri massæ, aut alijs rebus grauibus solidisque nimium quantum præponderaret.*

*Non ita suis mēluris cirrabit S. Benedictus, Mundani sed in iudicij eius libra mūdus, eiusq; vanitatis vniuersæ nō nisi pluma videbātur, & quam iniqua levissimā, at ecclēstia ac sempiterna sola magnā lance pos apud eū erāt pōderis, animūq; & desideriū o- derant. mne ad se rapiebat. Hinc anima ei⁹ bilax per similis illi Paulinæ, qui Apostolus, vt equitatē ac sinceritatē spectas, & nullā in pōderando cōmittens fraudem, dum mundi inanias, ho- nores atque opes in iudicij sui statera poneret, caruque leuitatem perspicret, ait: *Omnia arbitror ut stercore. q.d. Extollat, quiq; voluc rit, mundū, honores, pōpas & splendorē eius; euidem ea ut fordes & stercore habeo, nec pluris quam ramenta, fraces, spurcītias, aut a murcam facio.**

Altera cur mūdū deferere S. Benedictus vo- 2. Ratio cur luerit, ratio eius fuit fraus & impostura, ac que S. Benedi- in eius officina elucet fallacia. Et sane mūdus ctus mun- insignis quidā impostor & māgo est, & quid in eo habetur, mere fraudes & deceptio- nes. Hinc merito recteq; in ipsū quadrat, quod de impio scribit Psalmographus. Nō est timer Dei ante oculos eius, verba oris eius iniquitas & dolus, noluit intelligere vt bene ageret: mundus Psal. 33. siquidē iniquus est, vt qui maxime, & supra o- mīnē modum impostor: timor Dei eius ab o- culis exulat, verba quæ profert, mera iniqui- tas & mendacium, ac numquam bonum vt a- geret, in animū inducere voluit.

Imp.ū eiulque dolos graphicē depingēt Sa- piens, hoc eum peniculo delineat, Cor tuum Eccl. 1. plenum est dolo & fallacia. Quam scite hoc ele- ganterque in mundum quadrat ipse namque nequam est per omnes casus, scelestissimus & yaferrimus: cuius nō cogitationes dūtaxat su- Mundus plenus dolo. specta sunt, verba mendacia, & opera iniqua, verum & omnia intestina eius falsitatem spirant, hinc cor eius & anima fraude do- Bbb. 2 loque

Gen. 31.

Mundus
impostor
ordinarius
est.

Prou. 32.

Mundi vo-
luptates
sunt men-
daces.

Mundi
mensa pa-
nem habet
mendacij.

Psal. 39.

Loci è Psal-
mis diffici-
lis exposi-
tio.

loque refertissima sunt.

De Labani ingratitudine expostulans Iacob Patriarcha cum imprimis ut fraudulentū fugillat, seque sāpē numero ab eodem queritur, interim dum apud illum commoratur, circumuentum. Ita porro apud vxores de eo expostular, Sed & pater vester circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vici- bus. Quanto æquius vir sapiens hoc pæcto de mundo conqueratur! ipse namque merus im- postor est, & deceptor ordinarius, qui nunquam non in fraudem pellicit, & hactenus omnes decepit, qui eius se cultui dicarunt. Has igitur eius fraudes perspectas habens S. Benedictus, mature cum voluit deserere. Non est viri cor- dati ac sapientis, qualis erat Iacob, decies sibi ab idololatra Laban finere imponit, maturius se ab eo subduxisset. Hominis autem iudicio valentis, & magni animi non est pari, toties vt sibi mundus imponat, toties in fraudem pel- licat, ante sibi caueat oportet, & tempestiu- ab eodem recedat.

Sapienter proinde nobis consulit Parce- mia festas: Ne desideres de cibis eius, in quo est pa- nis mendacijs, qua procuidubio parœmia de mundo hoc capienda, cuius panis, etc., vita ratio, cōuersatio, titus, delitiae, voluptates, me- rae sunt fraudes, & imposturae: quicumque ergo rite sibi consultū volet, nūquā de hisce fer- culis missibusq; quidpiam gustabit. In mundi igitur mensam nonnisi panis infertur mendacijs, & mangonis huius epulæ & conquistif- sima ferecula præter illusiones & fraudes nihil sunt. Illis ergo verbis nobis insinuat Sapiens, voluptates, delitiae (qui sunt adulterini huius iniuratoris missus) nonnisi fallaciam & mera mendacia esse. Simile quoq; consilium nobis suggerit rex ille sanctiss. & alta inclamat voce, Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius, & nō abiit in vanitates & insanias falsas. Locus hic paulo est obscurior & intricior, cuius vt sensum ac verum intellectum dent Patres, al- laborant. Recentiores nō nulli, vi Euthymius, quem alij non pauci sequuntur, per vanitates hasce idola Gentium, & per insanias falsas, eo- rūndem oraculorum superstitionem intelli- gunt. Longius abiecas S. Hieron. ē fontib. He- braicis hoc modo vertit ad superbias & pom- pas mendacium cosmophilorum.

Verum communis & generalis aliorū Pa-

trum & Doctorum, vt Ambrosij, Augustini, Mundana Chrysostomi, aliorumque plurimorum, expo- dicuntur sitio est, per vanitates has intelligenda omnia insan- vana auxilia, que cum in hominibus, tum in falsa, alijs rebus creatis reperiuntur, sive insanias ve- ro falsas mundi fallaciam & imposturam, que idcirco insanias dicuntur, quod à socijs stolidis & insanis amentur, & quærantur, sed ad linea- redemus.

Tertia, ob quam S. Benedictus à mundo re- cur S. Be- cessit, ratio est, quod in alterius vitæ bona spē neditus omnem dirigere, quæ infinitis partibus, & mundum præcedunt. T. statut hoc in Euangelio Chri- stus, cum Apostolos animans hisce promissi onerat, Vos, qui secuti es ī me, centuplum acci- pietis. Et q. d. Qui quæ mundi sunt, i. ēpe ho- nores, dignitates, diuitias, agros, regna, prop- ter me reliquerit, cēplia, & maiori etiā scena- ratione in altero mundo remunerabitur.

Huc spē suā conuertens magnus ille Gen- tium Doctor Paulus, & alios exstirpans, ne quid terrenum ambirent, his eos verbis suis in aduersitatibus animabat, Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, Rom. 8, qua renelabitur in nobis. Id est, Nolite gene- fæmente, heroica & infracta corda, in vita huius aduersis tolerandis lessari, quin potius certi cōstote omnes passiones nostras, & quid- quid hoc in mundo patiendum occurrit, ad gloriam, quæ nos manet, & promissam in altera vita mercedem comparatum, nihil pror- sus esse;

Historiarum monumenta ferunt, Alexan- drum Macedonem à Parris Philippi morte, uī Insigne ī Indiarum imperium meditaretur, quidquid in lexandi Macedonia terrarum, agrorum, locorum, ophi- dorumque maiores bello armisque compara- cius, rānt, inter suos clien-tes ac satrapas distribuisse. Quam eius effulsa largitionem cum vt prodi- gam & temerariam cordationes viri ac vul- gus culpant, vicioque danti verecerent, hanc a se culpam dimouentes, ac generole respon- dens, nemini nouum hoc aut peregrinum videri debere dixit; studio hoc se & dedita opera facere, ideoque enim auitis paternisque se possessionibus cedere, quō va- stum Indiarum regnum maiorum imperio adiiceret, quod vniuersis Macedoniarē regno centuplo præualebat ac præponderabat.

Et

Et sane, quicumque regiae est indolis, virtutis studiosus, & generosum & regium animum præferens, regis huius exemplo graue ducere non debet, quidquid in mundo est, contemnere, idque in egenos effundere vna coelesti hæreditate contentus, & orientalis illius Indie imperium sibi reseruans, quæ milieculo & sine villa comparatione omnes mundi amplitudines ac dominia transcendentia.

Hoc præstitit magnus rex iuxta ac pro-

Psal. 16.

Insignis
Davidis
genitio-

Psal. 13.

phetia David: nam inferiora haec despiciens, & sola coelestium specierum, cuius patentissima regna temporalia possideret; haec negligens ac nihil faciens, & ad longe sublimiora anhelans mentemque sustollens, ait, *Vnam petij à Domino, hanc toto vitæ tempore requiram, ut inhabitem in domo Domini, mox ut in vitæ hu- ius carcere euolaro.* Expresse palamque ait iam se dumtaxat rem percisse, cœlorum inquam hæreditatem; ob camque & eius gratia omnes alias mundanas contempnere. Et alio loco suos sancta quadam cum contentione affectus repetens dicit, *Elegi abieclius esse in do- mo Dei mei, magis quam habitare in taberna- culo peccatorum.* id est, Mundus ita mihi dispiicit, cœlumque adeò sapit & arridet, ut elec- tione & optione data, esse pauper & inglorius in Domini mei malum habitaculo, quam locupletis & communitatisbus affluens in tabernaculis agere peccatorum, in medio regnorū & imperiorum. An non hoc, Alexandri morie, autis bonis cedere, & maiorum possessio- nes, mundi licet affecta indignentur & ringantur, desererere; ut regni cœlestis possessionem aeat? An non hoc & S. Benedictus noster præ- stitit, qui iam inde ab incunte ætate, rerum supernarum & æternarum excellentia ac dignitate præ oculis habita, illico in tem- poralium periturarumque contemptum ve- nut?

4. Ratio cur
mundus.
Benedictus
sinqüe
voluerit.

Quarta denique & postrema ratio, quæ gen- nerorum hunc adolescentem induxit ac per- mouit, ut mundo nuntium remitteret, fuit, ut scilicet liberius minorique cum difficultate ac labore Iesu Christi crucem sequeretur, illiusque in officio & obsequio constantius perduraret. Qui enim negotijs mundi huius implica- tus & immersus est, terrenisque affectibus inescatus; vix se mouere potest, & ægre li- bertate sua ut ad Deo famulandum, animam-

que in eius obsequium dedicandam.

Rei huius exemplum velut allegoricum in Iacob cernere licet. Hic enim cum fra- tri Esau è Mesopotamia rediens factus eset obuius, post muros medio in agro ample- xus, & pro more salutationes, & Esau insta- ret virgereisque, ut simul ambo iunctis turmis profici scerentur; amicè placideque se excu- sans, itinerisque difficultate incommodisque propositis, respondit: *Nostri Domine mi, quod parvulos habeam teneros, & boues & oves facias mecum, quas si plus in ambulando fecero la- borare, morientur una die cuncti greges: pra- cedar Dominus meus ante seruum suum, & ego sequar paulatim vestigia eius.* Et Iacob hic greges innumeros secum trahens, ut sequi Esau Iacob gre- prohiescentem minimè possit, mundanum gibus & ar- hominem figurat, qui boues & oves factas se- mentis im- cum habens, id est, affectus, desideria & cogi- peditus ho- tationes ambitionibus, concupiscentijs, pas- minis mü- sionibus & auraria turgidas, negotijsque ac dani imago rebus mundanis grauatas, nec Iesum præuen- est. sem sequi, nec sanctorum insistere virorum Hominis religijsorumque vestigijs potest præceden- mundani tium, & velociter per diuinorum mandato- imago. rum vias currentium; ius ad infar, qui ab omni sollicitudinis falso & onere liber, atque à mundi pedicis cutisq; planè solutus, tam ge- nerosè dicebat: *Viam mandatorum tuorum Psal. 118. cucurri, cum dilatasticor meum.*

Idem in Euangeliō exprimitur per para- bolam inuitatorum ad nuptias; ad quas tria hominum genera magno cum honore à rege magno vocata venire detrectarunt, suam quis- que excusationem afferentes. Primus ait, *Habe Parabolam me excusatū, iuga boum emi quinque, & vado insignis probare illa: aliis villam se coemise, quam in- exposita. usi à se ait oportere; tertius deniq; matrimo- nium recens initum in purgationem attulit, Vxorem duxi, ideo non possum ire.* Primus au- torum, secundus ambitionis, tertius la- leciuorum imago est: qui omnes in mundo, ve- lut vinculis, illi opum & honorum, hi volu- ptatum pedicis constricti, ita sunt intricati & implagati, ut tamē si coelitus ad beatitudinis nuptias inuitentur, easdem adire nequeant, negotiorum & onerum molem in excusatio- nem prætexentes, atque hoc pacto semper ob- stricti, ac veluti mancipia catenata in mundō ma- narent.

Tempora-
lia non nisi
onera & im-
pedimenta
sunt homi-
nem impe-
dientia.
Super Psal.
18.

Et sane temporalia, & omnes terrena quis-
quiliæ ac nuge, non nisi graui impiden-
ta sunt & onera, quorum pondere ita hominū
humeri prægrauantur, ut Christum sequi, &
ad cœlestem beatitudinem tendere minimè
valeant. Ita hoc exponit S. Bernardus in sua
Psalmorum paraphrasi: *Quia, inquit, exulta-*
nus Christus ad currendam viam, nec curren-
tem sequi poterat oneratus, bona temporalia di-
mittere; & quia certandum est in agone, quia
regnum cœlorum vim patitur, ab omnibus ab-
stineremus, & nudipugnare, & currere ut
Religiosi, qui duces sunt Ecclesia candidi; expe-
ditos nos esse vult Dominus ad sequelam. Quo-
rum verborum sensus est, ad Christum se-
quendum, & Evangelica fruendum libertate,
non corpore, non humeris, sed animo & men-
te ab omni negotiorum mundanorum ponde-
re expedita ac libera opus est.

Tales erant olim inter reliquos filios Israël,
Num. 32. Rubenitæ & Gaditæ, vt in libro Numerorum
legere memini: qui generosæ atque athleticæ,
suis relictis gregibus, & familia, vt aduersus
Dei hostes in bellum proficerentur, his Mo-
sem verbis sunt allocutæ: *Nos autem ipsi ar-
mati & accincti pergemus ad prælium ante filios*

*Israël, donec introducamus eos in loca sua. Par-
suali nostri, & quidquid habere possumus, seruant
in urbibus muratis, quasi dicentes, nullo nos
impedimento onerare volumus, nullasq; no-
biscum ferre facultates, ne eæ nobis obstaculo
sint, quo minus tem in bello viriliter ger-
amus, & in prælio nos viros declarémus. Beati
porrò illi, qui Hebræorum horum exemplo
aduersus mundum decertantes, & vitis bellum
denunciantes leui tantum armatura induti in
aciem procedunt, omnia pessimandant, nihilq;
secum afflumere fatigant, ne forsitan hoc à
benefaciendo illos auocet, & obster, quo mi-
nus inimicos debellent, deleant & conficiant.*

Hinc non à scopo aberrarunt Sancti illi Pa-
tres & Doctores, qui hunc Psalmistæ locum,
Vox tonitruis tui in rotâ, exponentes; diuinorū
tonitruim vocem in illa esse dixerunt anima,
quæ rebus omnibus mundanis pessimum datis,
rotâ in morem terram vix attingit. Et sane
quicumq; mundi vanitates explodit, & rebus
*terrenis animum affectumq; non affigit, faci-
lē voluit; idq; sine ullo proflus impedimen-
to, instat orbite, ac sine labore aut molestia.*

Psal. 76.

Sola porro Dei vox eidem vertenda sufficit,
& unica cœlestis inspiratio nimium quantum
satis est ad eam commouendam & concu-
dam.

Huius farinæ erat Benedictus noster, qui
penitus à terrestribus liber, & cœli potiusci-
uem quam terræ inquilinum agens, corde in S. Benedicti
cœlestis librato & anima sursum vergente, austernitas
non modò terrena despexit omnia, sed & scip; in corpore
sum neglexit, nulla corporis habita ratione, edamdo.
Quam parum de illo delicate habendo, en-
triendoq; sollicitus erat, quam parum de diu-
turno somno, molli strato, veste nitida ex-
quisitiæ laborabat? E contrâ verò adeò rigide
ipsum habuit, tam tenuiter sustentauit, tam a-
criter in ipsum animaduertit, tam viriliter ve-
stivit, tot alijs modis affixit, tamq; parui ip-
sum fecit, vt habere se corpus, & è carne
constare, vt cæteri mortales, oblitus vide-
tur.

Quis ignorat, quo in vita ratione: i: g ore v-
sus sit, qua in corpore castigando seueritate, S. Benedi-
qua in eius gubernatione prudentia? quadam etiæ à cap-
namque die carnibus stimulis impetus, & à impetu
laetio dæmoni impugnatus, in vepretum nu- in spinatu
dus se abiecit; hoc carnem tormento cruciatu- se abiicit
que edomans, vt hoc paet lacera vndique &
concisa, sanguineq; promanante perpluta, ab
impugnando defisteret subacta, & spiritus de
eadem triumpharet. hoc igit modo insur-
gentes ac rebellantes carnis motus compe-
teuit. In quo S. Pauli prudentiam est imitatus,
qui, quoties à corpore impugnabatur ratio,
in ipsum seuerè animaduertere, & velut
mancipium subigere se scribit, *Castigo, in-
quit, corpus meum, & in servitatem re. 1. Cor. 9.
digo.*

Quin imò diuinum in eo Redemptoris
Christi secutus est consilium; ita namque apud
Matthæum pijs animabus ipse consulit: *Qui Matth 16,
vult ventre post me, abneget semetipsum, &
tollat crucem suam, id est, mortificandæ carnis &*
*omnis affectus terreni crucem libenter in hu-
meros tollat. Quid est autem crucem tolle-
re? crux moris est infamia; ac cruciatu instru-
mentum, maleficorum supplicium: crucem er-
go in humeros tollere est corpus hoc Deo ad-
uersarium. & tot criminum reum ad mortifi-
cationis supplicium rapere, & cum Iesu Chi-
sto cruci affigere.*

A

*An non in passionis Dominicae historia
duos cum redemptore in Calvariae monte
latrones crucifixos legimus? Tunc crucifixi
sunt cum eo duo latrones, unus à dextris, alter à
sinistra. Mundus & caro nobiles duo sunt
latrones, ac maximè metuendi, quos Iesu*

*Christo concrucifigere, & in cruce eius omni-
gena austerritate, mortificatione, & rigoribus
enecare oportet. Encauit Apostolus ille Ma-
gnus, & hoc in corpus rigore est vsus. Audia-
mus quid de se ipse scribat: *Mibi mundus cru-
cifixus est, & ego mundo. Quasi saceret. Duo**

*ret mysterium, denotaturque, post affectio-
num carnalium abnegationem, carnisque
mortificationem, quarum circumcisio ipsa fi-
gura fuit, gaudij semper terti, cuius Isaac ima-
go (quod nomen rilatum sonat) benedictio-
nem homini promissam esse.*

*Non latebant hæc sanctum virum, cùm non contentus mundo se subduxisse, corpus S. Benedi-
tum ipsum contempisse, hinc ipsum etiam cou-
tus pro-
temptum animæ fronti per voluntatis pro-
priam vo-
luntatem
luctare
luit insculpere. Voluntatis siquidem frænos abnegauit,
& moderamina cohibuit, suosque etiam edo-
cuit superioribus eandem submittere. Idque Redemptoris ipsius exemplo, qui hac de re lo-
quens de se ipse dixit, *Non veni facere volun-
tatem meam, sed tuus qui misit me Pater. Si ip-
se Dei filius voluntatem ab alio moderatore**

*Christus
ac directore dirigi voluit, quomodo suam ho-
mo dirigit ac moderabitur si, qui cotulit ter-
ram, moderatur, & nulla in re errare potest,
sub Patris beneplacitum voluntatem suam
redit, eiisque directionem in aliis re-
jicit, quomodo peccator, qui ad singu-
los propè passus celsipat & impingit, omni
in via labitur, appetitus ipse suos rege-
re, affectus conducere, ac voluntatem di-
rigere audeat, in media vita huius rebel-
lionis, conflicta ac certamine constitutus?*

*David rex in sancto hoc edoctus ludo, in
quo moderandarum passionum & affectuum
refrænandorum ratio traditur, voluntatis
propriae directionem à se abiciens, in Deum
camdem reiecit, quare gloriabatur, ac velut
egregiè mortificatus aiebat, *Vt iumentum fa-
etus sum apud te, & ego semper tecum, num-
quam à te recedens. Nulla iumento volun-
tas est, nec quocumq; allubuerit, tendendi po-
testas, sed duxoris iussa ac manum in om-
nibus sequatur oportet. non secus se apud
Deum esse insinuat sanctus hic rex, volun-
tatis ductum impetuque minimè sequens,
sed iussis, imperio ac legibus diuinis plane
se conformans, atque in omnibus subi-
ciens.**

*Insignis in animali, & equo præsertim, Simili-
dos est & perfectio, si tractabilis ac ductilis
sit, infessori pareat, & ad minimum fræ-
ni motum promptè obediens se moueat: è
contra vitium & reprehensibile, si quan-
do se-*

*Egregiam huiusc rei Allegoriam suggestit
Genes. Iacob quodam die Angelo factus ob-
vius, humanæ vilitatis, & angelicæ magnitu-
dis dignitatisque, ac reverentiae, qua creatu-
ra ad eò sublimis digna erat, quodammodo
immemor, cum ipso in luctam descendere,
eiusque virtutum facere periculum voluit. An-
gelus vbi se compeditum, nec commode ab ad-
uersario expeditri posse vidit, nec ei præuale-
te, teigit neruum femoris eius, & statim emar-
cuit, ipse verò claudicabat pede. Iæpc idem in-
ter carnem ac spiritum conflictus, eadem cer-
tamina oriluntur ac luctæ; caro enim concipi-
Allegoria. sit aduersus spiritum, & spiritus ad-
uersus carnem. Verum vbi spiritus, qui An-
gelicæ ac coelestis planè naturæ est, carnem,
velut alterum Iacob, cœrit insolefcere, & nulla
dignitatis eius habita ratione, cum ipsa
plebeia sit & triualis, scènū luctari & decertare
velles; femur eius tangat, & encrueret, id est, de-
licias succidat, voluptates auferat, omniq; alia
carnali delectatione priuet; quo facto ilicò ip-
sa certaminis se subducet, cum ignominia ad-
uersarium deseret, ac victoriam illi & trium-
phum inuita licet deferet.*

*Statim vt Abrahæ circumcisionis præce-
ptum datum est, Isaac illi filium nasciturum,
promissum accepit. Et ait Deus ab Abraham,
Sara uxor tua paries tibi filium, vocabisq; no-
men eius Isaac. Sublime hic reconditum la-*

do refractarius frēnos non patitur , aduersus calcaria calcitrat, & insidenti resistit. Ita insignis est virtus, & magni meritissimmaq; hominis perfectio , vbi omnem exuit sensum ac voluntatem, alterius legibus paret, superioris iussa capessit , & ad alienum nutum actiones componit, vt vice versa insigne vitium & rebellionis signum, mandata recusare, superioribus resistere, voluntatis proprie ductum impulsumque sequi, & nonnisi, quod sensualitati propriæ videatur, facere velle.

Turpe est
seipsum re-
gere velle.

A.7.7.

Insignis A-
postoli ge-
nerositas.

Gal. 2.

S.Benedi-
ctus aliam
voluntate
non habe-
bat, quam
Dei.
I.

quotidie mundo moriebatur, & mundum sibi emori cogebat; & hoc moriens modo, vitam ipse vivebat diuinam ac præclaram , & alijs ita viuendi auctor erat. Sed æquo diutiū pri- mæ inhæsimus parti, qua quo mundum contemperit S. Benedictus modo dicere polliceti eramus; iam ad secundam dilabamur, & reli- gionis eius felicitatem, sanctisque illius Ordini propagationem describamus.

Nouum hoc stadium ingressurus cum S. Benedictum tot sanctorum Religiosorum, post decesum suum ex hoc mundo parentem ac Patriarcham factum mecum ipse contemplor; respisa in illo completum video, quod pio se- ni Mathathiae in Machabæorum libris pro- ditur in figura contigisse. Is ergo senex insigni honoris diuini actus zelo, videns abominatio- nes ac scelera, quæ in diebus illis per mundum passim laxatis habenis grassabantur , & quibus nullo non loco Dei viuentis honos ac cultus flagitijs contamiaaretur, illa minimè serens statuit v̄bes relinquare ; quare cum vniuersa familia in solitudinem abiit, & in desertis montibus habitaculum fixit: neve ipse solum, sed & omnibus Dei timorem præ oculis habentibus , & eis obsequij cultu que studio- sis, ipsum vt imitarentur, auctor erat. Ver- ba sacre historiæ audiamus, Et exclamauit Mathathias , voce magna in ciuitate dicens, Omnis qui zelum habet legis , statuens testamē- tum exeat post me. Et fugit ipse & filii eius in montes, & reliquerunt quacumque habebant in ciuitate.

S.Benedictus ergo ad Magni huius Mathathiae imitationē, hinc vīsi periculis & disci- clus col- minibus quæ in mundo erant, & illinc quæ latu cum quotidie aduersus diuinam maiestatem com- mittebantur criminibus ; cum nonnisi virtu- tem & gloriæ Dei sui incrementum specta- ret, vīpote, qui eius se totum cultui confecra- rat; & oculi eius tantam cernere abominatio- nem , & animus tam enormia ferre crimina non posset; boni pījī; illius regis exemplo, qui mundo succens, & amore Dei sui accensus ait, Tabescere me fecit zelus tuus, quia oblitii sunt verba tua inimici mei : impiorum contu. *Psal. 108.* bernio se subducere statuit, & mundo valedi- cere, vt in desertum concedens, vitam trahebat solitariam. Nec sibi soli hocce paravit bonum, sed confessim eius exemplo & sanctorum ex-horta-

hortationum fama commoti infiniti viri sancti, oculos mundo occludentes cœloque apertientes, eamdem semitare institerunt, & velut noui quidam Lothi, Sodomis egredi sunt in Segor confugientes, & montium cacumina petentes, ut eo loci Domino magna mentis quiete & conscientiae tranquillitate deseruerent.

Eui. 45. Vix sanctum hoc opus sanctus ille vir adorsus est, quin illic virtutum eius fama, & sanctitatis rumore, per omnem latè regionem peruagante, ut Deus eius felicitatem praesagiens nomen illi Benedictiōnis impertit, ita & vniuersus eum mundus deinde benedixerit, & omni sanctarum benedictionum genere cumulatissimè repleuerit: Ita quidem, ut iure meritoque hæc illi Ecclesiastici verba adaptari queant, *Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmavit super caput eius.* Sic namque sanctum hunc Religio forum fundatorem exaltare voluit Deus, ita magnum hunc mundi conciliatorem sublimè euheret, ut vbique eum reddiderit admirabilem, gratum omnibus, illumque ab omnibus benedici, & ab vniuersis mundi nationibus coli honorarie voluerit. Nulla namque sub sole gens existit aut natio, terra licet, vel mari & vtroque sub axe posita, quæ non sanctum hunc yirum benedixerit, eiusque merita sanctimoniamque deprædicaret.

Lui. 15. Gloriosissima Virgo ac mater illustres in seccelius prærogatiuas & charismata collata tacita secum demirans exclamat & presagitat, *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, & nulla non natio benedictione me cumulabit, quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.* Nulla in parte incomparabili Bearissimæ matris dignitati prædicato. Et iudicando, eiusque meritis vel minimum derogando, vel alijs eam creaturis æquiperando etiam sanctissimis, dixerit hoc ipsum in S. Benedicti encomium dici etiam posse, & post Deiparam S. Benedictum inter cæteros sanctorum solum iure meritoque dicere potuisse: *Ecce enim ex hoc beatum me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens est.* Et sane omnes gentes, omnes omnino generationes, sæcula omnia, ac terræ populi vniuersi, ante mille & amplius annos, cum ut beatum habuerunt, quod omnipotens ille Deus magna & admirabilia illi fecisset, gratiam locuplete largaque dextera suas opes effuderunt,

immensam & incredibilem in ipsum effudisset, & non exiguis miraculis condecorasset.

Quām verò multa magna in magni huius Patriarchæ vita & conuersatione eluxerunt? imprimis admirabilis quidam rerum omnium contemptus, incredibilis honoris diuini & salutis animarum zelus, vita austertas non imitabilis, deuotio ac sanctitas incomparabilis, inestimabilis in tolerandis afflictionibus patientia, iniuictus in resistendo temptationibus animus, infatigabilis in sanctarum rerum exercitio perseverantia & assiduitas aliaque sexcentæ perfectiones & virtutes summe perfectæ, nullus ut vñquam tam perfectas completasque habuerit, & ob quas laudatus ipse & ab omnibus hominibus beatissimus est praedicatus.

Cum pius ille senecio Isaac Iacobo filio benedictionem dedit, tribus eam rebus stabilituit, rore inquam cœli, pinguedine terræ, & nationum ac populorum omnium seruitute, ge-*Gen. 27* nuina benedicentis verba sunt hæc: *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terra abundantiam frumenti ac vini & olei, & seruant tibi populi.* In quo haud dubiè vera S. Benedicti Benedictio figura exstitit. Magnus enim hic Religio-nis Iacobi forum ordinum Patriarcha, si sensum lustolle. S. Benedic-re velimus, & anagogiæ sequi, iisdem in rebus & eo accom-fuit benedictus. Primo, in rore cœlesti, quo di-modatæ.

uina gratia & dona cœlestia denotantur. Nullus namq; vñquam Sanctorum maiores celo fauores obtinuit, aut benedictiones. Nō minus quoq; fuit in pinguedine & abundantia terræ, i. in bonis temporalibus & diuinitijs benedictus. *Ordo S. Be-* gibus, agris & opibus & diuinitijs plurimis do-natus fuit, ut terræ velut optimum ac medul-lam, & pinguedinem regnorum ac terrarū ob-tinuisse videatur: adeò ut si quis pulcher, deli-ciosus, amenus, & à populari strepitu mundi que incommodis sequestratus in Europa sit locus, ab Ordine hoc possideatur, & hunc ut dominum agnoscat.

Hæc illi opes peperit incomparabilis sancti huius patris pieras & deuotio: nam ob Diuitia-nimiam eius sanctitatem & admirabilium vir-tutum famam permoti, permulti omnium or-dinum ac qualitatum, insigni zelo acti, & mū-di contemptum spirantes in ordinē hunc tam

locuplete largaque dextera suas opes effuderunt,

Ccc

Vs

Ecclesiast.
S. Benedictus
Etus benedictus in
religioſorum
multi-
tudine.

Vt tum verè illud Sapientis impletum fuerit,
Benedictio patris firmat domos filiorum.

Tertium vero benedictionis Iacobæ caput,
populorum scilicet seruitus & subiectio, non
absonè quoque in S. Benedictum cadit; quod
tanta Religiosorum copia, tot illustres animæ,
(non secus ac Regi subditi) fidem illi seruarint,
sub eius regula & instituto militariant, sancta
eius decretæ statutaque seruarint, & obediens-
tiam præstiterint. adeò vt de ipso dici illud de-
beat, quod in sanctis libris de Aser legitur, Be-
nedictus in filiis Aser. Aser Hebraice tantum
dem sonat ac beatus: ita S. Benedictus suis in
filii beatus est, beatus inquam in Monachis,
beatus denique in vniuerso ordine suo.

V.

Gen. 28.
S. Benedicti
ordo per
totum orbe
sparsus.

Ordo namque hic tanto Religiosorum ab-
undauit numero, vt de ipso propheticè dictum
credatur illud in Genesi Iacobo a Deo promis-
sum, Dilataberis ad Occidentem, & Orientem,
& Septentrionem & Meridiem, & posteritas
tua per quatuor orbis angulos dilatabitur. Ita
namque hic est ordo multiplicatus & incre-
uit, vt quatuor quasi cardines orbis occuparit:
Sol oriens eos vidit, Occidens aluit, Septentrion
recepit, & Meridies ijs habitacula & cœnobia
concessit. Denique nullus vel locus vel angu-
lus in orbe, in quo sancti haec congregatio
non monasteria construxerit: sancti quippe
fundatoris huius memoria per omnia est di-
uagata & per vniuersa mundi climata intro-
nuit & effusit.

Ordo hic
innumerous
produxit
vitos &
sanctos &
doctos.

Hic ordo
est velut
Christiani-
tatis arma-
mentariū.

X. Pontifi-
ces ex ordi-
ne S. Bene-
dicti.

Quotnam vero Sancti gloriösè modò co-
lo regnantes è sancto hoc ordine prodierunt?
quot illustres martyres, qui effuso sanguine &
vitam prodigentes fidem Christianam asse-
riuerunt? quot viri doctrina celebres, qui tum
concionibus, tum scriptis, voce iuxta ac cala-
mo hæreses iugularunt? quot vero inc vii Præ-
fus, & summi Pontifices, qui vel animarum
curam gessere, vel Ecclesiæ vniuersæ ad cla-
uum seuerunt?

Admirabilis hic Ordo magnificum imò re-
gium fuit veluti armamentarium, hostibus
Dei terrible ac metuendum, omnigenis institu-
ctum armis, è quo & ex eius membris LII. Car-
dinales, XIV. Archiepiscop., II. Patriarchæ il-
lustres, & quod longe est dignius, X. Pontifices
egregij prodierunt: quorum catalogum hic at-
texam, vt rem ita se habere vobis fiat verisimi-
le: Leo IX. Gregorius VII. Víbanus, Paschalis

& Callistus II. Anastasius, Adrianus, Innocen-
tius IV. Clemens VI. & denique Víbanus V.
filij omnes S. Benedicti, & illustris huiusc vi-
uae palmites; vi Platina, Trithemius & plures
Ecclesiasticarum rerum commentatores sei-
pitis prodiderunt.

Et sanè vbi amplissimi huius Ordinis ma-
gnitudinem, bonum, & quod inde semper Ordo his
commodum hausit Ecclesia, mecum ipse con-
collaus sidero, assimilare ausim validam fortique turri cum tun-
Daudicæ, quæ circumsecurus in secula armis & cx. David
pugnari nescia, mille clypeos & vmbones, orn-
nemq; armatam fortium fortis eis fasti-
gijs pendentem habebat: de qua in Cantico
scribitur, Mille clypeis pendent ex ea. *Gomnis ar-
matura fortium.* Ordo namq; hi velut turris
& arx fuit Christiani orbis, ex eo mille inclu-
clypei deprompti sunt, mille inquam Sancti,
Martyres mille, mille Doctores, mille Prædicatores,
mille fidei & religionis tuendæ media
& intentiones: ex eo namque omnis panopha
spiritualis reliquorum omnium Ordinum pro-
ducta, sanctissimi quique & probatissimi alio-
rum fundatores ad illum velut ad matricem
suos instituerunt, sancte q; vniuersi præcepta,
& religiosa instituta ad illius imitationem &
exemplum conformarunt.

Quicunque anagogicum fluuij illius ma-
gni, qui è paradise terrestri egredi, & vniuer-
sam terram irrigare, & in quatuor ingentia se
fluvio pa-
radisi tem-
plum in Genesi scribitur, sensu stris.
capere, & attentius eum perpendere voluerit;
credet, aut saltem sibi verisimiliter persuade-
bit, ipsum aliquatenus ordinis Benedictini
imaginem & figuram esse: ipse enim vt in-
gens quidam fluuij, & quarum lympidarum
fætigio, scientiarum inquam, virtutum, pie-
tatis, per intentiarum, mortificationum, alio-
rumque sanctorum exercitorum ab ysis, om-
nem Ecclesiæ agnum tot seculis irrigauit,
ac deinde in tot amplissimos Ordines, velut
fluvios actorrentes, ac præsertim in quatuor
illos sanctissimos & illustrissimos, quos Men-
dicantes vocamus, sicut in quatuor ingentia
sanctitatis & benedictionis lumina & elices
se diffusit; quod quatuor illæ illustres familie,
vti & propè omnes Religiones aliae, ad Bene-
dictinam se conformarint, & quidquid illustre
regula, institutum, ac prima illarum fundatio-
habet, ab illa in suæ deriuariint.

Nec

^{Psal. 44.} § Benedit. Nec verò mirum, tot ab uno patente illius mun-
stres natos essi filios, tot generosos & strenuos
dum planè milites tam incliti sub ducis insignibus me-
abegauit. russi, tot bonos probosq; discipulos tam pru-
denter & probi magistri disciplinæ se submis-
se. Vix enim, exceptis Apostolis sanctiorem
illo vidit orbis. *Hic ergo Deum totus spirans,*
mundoque valedicturus, vt religiōnem am-
plēteretur, vitamq; proficeretur monasticam,
perfectè, integrèque omnia voluit deferere.
Sciens, quemadmodum Deus ex toto erat cor-
de diligendus, ita & ex toto corde mundum
esse detestandum.

Mundo igitur eiusque vanitatibus valedi-
cto, ita earum omniā memoriam exuit, &
pedibus subiecit, quasi eas numquam vel vidis-
set, vel cognouisset, Psalmographi in hoc se-
cetus consilium, animam eiusque compellan-
tantis. *Audi filia, & vide, inclina aurem tuam,*
& obliuiscere domum patris tui quæ verba ad
animam, quæ terrenas iam vanitates deserere,
mundoque egredi secum statuit, mihi dicta
persuadeo. Primo ergo illi dicitur, *Audi, audi*
inquam, quanta quamque ampla promittat
Deus ijs, qui ad cœlestia aspirantes, animum à
terrenis abstrahunt. *Et vide, vide scilicet peri*
cula, discrimina, pedicas, quas mundus tendit:
est siquid oceanus, tempestatisbus ac procel-
lisnumquam non exagitari solitus, & naufragijs in famis. *Inclina aurem tuam monitis, in*
vitatiōni colesti, vocationibus & inspirationi-
bus diuinis vocem vocantem sequere, &
auctoritate appellanti, & tentationibus huma-
nis viriliter resistere. Demum obliuiscere do-
mum patris tui, id est, non modo mundana de-
fere, sed penitus eorum obliuiscere, & num-
quam amplius relictorum memoriam re-
petas.

^{Multireli-} Multo verò hodie, p̄d̄ dolor! longè seculū sa-
diū relīci
gioſi mun-
di obliuisci
nequeunt.
Multi verò hodie, p̄d̄ dolor! longè seculū sa-
cūnt, & sanctum hunc patrem, cuius se esse fi-
lios, & imitari virtutes ac vitam iactant, mi-
nimè sequuntur. Eisi enim mundi domum re-
liquerint, parētum consortium, honorum de-
siderium, & opum amorem repudiarint; ea-
dem tamen obliuisci nequeunt, sed perpetuò
de ijsdem cogitant, mundoque mortui cum
sint, mundus nihilominus in ijsdem vivit, in-
que verbis & cogitationibus ipsorum respirat
& vegetat. Imitantur nempe ollares illos He-
breos, qui Aegypto egressi, eius tamen fru-

etuum obliuisci minimè poterant, sed noctu
& interdiu, & numquam non de alio Aegy-
ptio, & porr̄is & cepis cogitabant, & anhelii ad
eadem suspirabant: vnde hæc illorum verba &
querimoniae: *In mentem nobis veniunt cucu-
meres & pepones porriq; & cepe, & allia.*

Num. 11.

Vxor Loth ab Angelis & Sodomis educta, &
incendio subducta id est perire, quod resp. xerit
ad urbem, quam deseruerat, forte dolens in-
trinsecus quodam inuita deserere cog-
eretur, aut forsitan cum dolore rerum & facul-
tatum ibidem relictum recordata. Ita quoque *Gen. 19.*
præsens Religio forum exitium est, cùm mun-
do veluti detestabili quadam Sodomam relisto,
& inde diuina deixa egressi, respicere rēm
occipiunt, vt eum interdum adhuc videant, il-
lius delicias ac voluptates ob oculos ponentes,
& ad animum viuaci repræsentatione reuo-
cantes.

Rachel, vt Genesis præfert, Labani parentis
i' idolatriæ domo egressa, omnia eiusdem se-
cum simulacra abstulit, quo facto separatae *Gen. 30.*
maritum Iacob in extreum vita discriben-
vocauit. Nam deos suos Laban repetiturus iti-
neri se dedit, & incidens in eos, qui clanculo
abstulerant, magna quadam mentis turbatio-
ne & stomachatus, ita generum est allocutus,
Cur furas es deos meos? quasi diceret. Nimiū
quantum impius es Iacob & celestus, & occa-
sionem præbes, cur furoris in te mei argumen-
ta exhibeam, nisi alio impediret intuitus quod
enim commisisti facinus, nimium quantum
sufficit, vt me ad tui cædem abripiat. Multæ
quoque illustres animæ, matronæ huius ex-
emplo, domum quidem Labani deserunt, id
est, mundo, qui patens noster est, sed idolola-
tria infamis, egrediuntur, viciū exentes, ab-
ominationes & idola eius, id est, effectus, am-
bitiones, amores, vanitatem & cogitationes
eiusdem, quæ vera quædam idola sunt, secum
auferunt; atq; hinc mundo eos prosequente, &
in claustris & cellulis curiosè perscrutante, in
apostasiæ, aut exitij periculo versantur.

Mandarat Sauli Deus, ac Amalec penitus de-
leret & excinderet, nulli parcens. En mandati
verba, *Demolire uniuersa Amalec, non parcas*
ei, & non concupisces ex rebus ipsius aliquid. ^{I. Reg. 15.} Nō
modo iubet, ecci penitus & ad interrecio-
nenem Amalecitas deleri, verum ne quidem ali-
quid ē præda aut rebus in castris reliquit,

Ccc 2 vel

Allegoria.

vel ad minimum animal desiderari. Saul por-
tò preceptū hoc prætergressus, & tauros pin-
guissimos per speciem sacrificij sibi retinens,
extremam perniciem, atq; inde ruinam incur-
rit. Samuel enim Propheta audito taurorum
boatu ac mugitu ait: *Et qua est hac vox gregū,*
qua resonat in auribus meis, & armentorum,
quam ego audio? Ut historiam hanc allegorice
proposito adaptem meo, dico, cumdem ipsum
Deum plutimis mādare, aut potius consulerē,
mundum vt internecione conficiāt, omnia ad
ipsum spectantia derelinquant, planè se peni-
tusq; subducendo, nihilque amplius concipi-
scant at illi sāpē, mundo relieto, & per conté-
ptum quendam profligato, brutos sibi & cras-
hos quodam affectus reseruant, qui numquā
non in corde peruersis cogitationibus & am-
bitionibus mudi clamant, magnæq; inobediē-
tiæ signa hoc pācto produnt, inde patet, q
Deumq; grauiter offendunt, ad: dō ut meritis il-
los prioribus excidere sinat, ad quæ eosq; eu-
cauerat. Et ecce exiguū hocce manubrium præ-
ter diuinā voluntatē & vota religionis refera-
tū, sola pāditionis & ruinæ illorū occasio est.

Allegoria.

Causa rui-
næ & per-
ditionis
multorum
religioso-
rum.

Iof. 7.

Religiosi
qui aliquid
e mundo
possidere
volunt, com-
parantur
Achanos.

Accidit enim hoc illi in statu Religionis,
quod tribus oīm Apostolis in monte Thabor, *Matt. 17.*
Matthæus siquidem refert illos sustollendo o-
culos, transfigurationis Dominicæ splendore
præstrictos, nihil praeter Iesum solum vidisse.
Ita quoq; S. Benedictus animæ oculos per con-
templationem, in vita scilicet solitaria (quæ Religio
sine dubio cum monte Thabor comparatur, cū monti
in ipsa animæ penitus transfigurantur) sustol- Thabor
lens solum Iesum Christum videbat, non am-
collata, pliū mundum, non parentes, non honores,
denique præter coelestia nihil.

Elias Propheta cū in solitudinem conce-
sisset, crudelis Iesabelis persecutionem decli-
nans, Deus ipsum consolatus lenis auræ in
specie illi apparere voluit. Vix suauem hunc
Zephyrum Propheta sensit, quin pallio oculos
tuos exercit. Et post ignem sibilus aura tenui:
quod cū vidisset Elias, operuit vultum suum
pallio. Hoc pācto ostendens nihil se videre am-
plius velle; simul significans, eum qui semel
diuinam penitus dulcedinem hauit, ilicò ce-
teris omnib; oculos occludere. Id sanctissimo
viro Benedicto accidit: gustatis enim temel vi-
ta solitariæ voluptatibus ac bonis, & dulce-
dine percepta diuina, nihil amplius videre vo-
luit, sed oculos, aures, sensus, memoriam, vo-
luntatem, cor, & ceteras animæ facultates &
partes, mundi huius rebus, quas semel deserue-
rat, occulti.

Quā igitur sanctus exstitit? quām sanctus
Religiosus? ecquis scientiæ non tam labore
acquisitæ quam diuinitus infuse abyssus? Oc-
cultissima etenim quæq; penetravit, secre-
tissima arcana reuelauit, in profundissimorum
mysteriorum cognitionem peruenit; cognovit
præterita, præsenta occulta patefecit, & futu-
ra contingentia certissimò reuelauit, adēt ut
illud Sapientia locum in ipso habuisse fiat ve-
risimile, *Scit præterita, & de futuris estimat,* *Scit veritas sermonum & dissolutiones argu-*
mentorum: signa & monstra scit, antequam
fiant, & eventus temporum & sæculorum.

Certissima hæc sunt omnia, & certissimis S. Benedi-
argumentis notissima: cognovit siquidem p̄t̄ etiā præ-
terita, cum puerum coarguendo confiteri co-
rū, p̄fē-
git surripuisse se vinum sancto viro offerendū, ita & futu-
monuitque ne inde biberet, quod serpens vase ranouit,
lateret, quem vino gustato obbibisset, itaque
mortem incurseret. Præsentia etiam occulta
detexit,

detexit, cum panem sibi ab æmulo oblatum veneno infectum cognouit, coruo proinde præcepit, cum ut in desertum efficeret, ne cui is noxam ac detrimentum afferret. Denique, quod multo prodigiosius est, futurorum etiā notitiam habuit, cùm Religiosis suis petram eam offendit, quam prædixerat, quæ effossa, magnam aquarum vim effudit, vniuersis Religiosis & voluptati & commodo futuram. Hæc scilicet scientiæ cuiusdam in mirabilibus profundæ, & profunde admirabilis secreta & effectus sunt.

S. Benedictus magister sapientia. Si autem tanta sanctus hic vir circa res has inferiores scientia fuit donatus, maiorē haud dubie quoad sublimia mysteria, & ea quæ in altero peragebantur mundo cognoscenda natus est. Adeo ut noctu & interdiu continua quadam contemplatione & ferventi mentis elevatione cum Deo conuersaretur: quod manifestissimum perfectissimæ cuiusdam animæ, & ab omni terreno vinculo penitus liberæ solutæque est argumentum. Cum contemplatio, devotionis ardor, animæ sublationes, colloquia cum Deo, familiares cum cœlestibus concussions, ac sermocinationes, suspiria, amores, amplexus, oscula, non nisi mundum cor, affectus sinceros, & animam puram penitus habentium sint, iuxta hoc Euangelicum, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Qui corporeos oculos sordibus & immunditia oppletos habent, res intueri pulchras non valent, sed immundas, fœdas & sordidas. Ita quibus animi oculi lippiant, & terrenis sordibus oppleti sunt, Deum videre nequeunt, Deū inquam obiectum adeo excellens, quodque omnia mundi obiecta infinitis partibus exsuperat, aliud enim tales intueri apti non sunt, quam terrena, & quisquiliæ ineptias sæculi.

Hinc sponsa in Canticis, mundum habens cor & mire purum, & contemplationi affluta, in qua tam sèpè spōsum intuebatur, eumque sanctis, & ad amorem fouendum tendentibus, & ad perfectionem inuitantibus sermocinationibus reficiebat, ac vicissim ab ipso ijsdem recreabatur, osculum oris eius expertus dicens: Osculetur me osculooris sui, quasi diceret, Carissime ac fidelissime spōse, tāto te affectu atque amore prosequor, ut tota languem, & tantum non amando emoriar. Vitam ergo mihi ut conserves, hæc ynica suppetit ratio, ut

vel ynico diuini oris tui osculo eoque casto me impertiri digneris. Solæ porro perfectæ animæ hunc honorem promerentur, neque enim omnibus hic passim communicabilis.

Absalon, regni Iudaici princeps, tametsi patri ac regi, Ioabi interuentu, reconciliatus esset, & concordia inter ipsos inita, pater tamē eum ad tempus suum in conspectum venire veruit, & regæ maiestatis intuitu exclusit, Dixit q[uod] pater, Reuertatur in Ierusalem, sed faciem meam non videat. Ad cumdem quoque modū penitens, qui etiamnum imperfectus est, & vita spiritualis semitam primum ingreditur, quamquam absolutionem sit delictorum confessus, Deoque suo ac Patri cœlesti reconciliatus, iustificat onis sue literas manu præfrens, contemplationi tamen & diuinis colloquijs haudum proprius est: sed ille dantaxat, cui, & in cuius corde omnis mundi amor & concupiscentiæ ardor longo virtutum exercito proflus refixit ac penitus decoxit.

In huic rei figuram tertio Regum libro scriptum est. Dauid iam sene, effeto, & naturali calore destituto decreuisse proceres, illi ut adolescentula quæreretur vegeta, & succo viuida, quæ senectentia illius membra & exsucca, illi condormiendo, restauraret & caleficeret. Senuerat Dauid, & quæsierunt ei adolescentulam speciosam, quæ dormiret cum eo, & calefaceret eum. Ut omnem sinistram mundorum carnaliumque interpretationem excludam, ingens hic latere mysterium existimo, Contemquodque nos edoceat, cum concupiscentiæ ardor platio produces & incendia in anima refixerint, tum pria ad demum consultum ac bonum esse contemplationi se addicere, atque illustri huic & nondum ignem belli cœlorum puellæ assuesceri, eiusque con- caritatis in tubernum frequentare, ut affectiones nostras nobis calefaciat, & spirituales charitatis ardores incendat, ad imitationem eius, qui hoc modo inflammatus canebat, In meditatione mea ex- Psal. 38. ardescet ignis.

Notauit hanc ob causam sacra Scriptura, nosque etiam notare vult, Iosephum Patriarcham prius genuisse Manasse, quod nomen rerum inferiorum & terrenarum obliuionem denotat, quām Ephraim, quo nomine fructificatione per contemplationem signatur: ut sub mysterijs huius inuolucro doceamur, antequā in rebus spiritualibus per contemplationem

Gen. 41.

CCC 3

pro-

progressum faciamus, quod Ephraim declarat, Manassem generasse, id est, integrum mundi memoriam sepoisuisse, & terrenorum omnium oblitos nos esse debere.

Magnæ
perfectiones S. Bene-
dicti.

Hæc omnia in S. Benedicto in summo perfectissimo gradu fuere: nemo enim eō fuit mortificationi addictior, nemo in rebus mundanis frigidior, nemo ad rerum sublimiū & diuinarum contemplationem aptior: oratione namque omnis eius erat voluptas, meditatio summa eius delitæ, vigiliæ mira illi recreatio, austeriorates & viræ rigor omne eius studium, lachrymæ consolatio, & maxima pœnitentia gratissima mentis refectio. Delicta illi erant regalia palatia, cauernæ regia conclavia, iejunia epulæ regificæ, flagræ cimelia, cricchia delicata vestes, bestiarum tremitus & rugitus, iucundissima symphonia, vespers & spinæ diuitiæ, montes & sylvae recreationi destinata & a stiua Tempe.

Eia ergo, Auditores, cum iam aures sancti huius viri laudibus & præconijs audiendis accommodaueritis, iam animos & mentem suffollite, cogitationes ad gratiam ab illo petendam erigite, quo illius imitemini virtutes, cuius vita merita mirabiliaque & videlicet & auditissis. Vos vero p[ro]i sanctique Religiosi, qui mundum eiusque inianas pedibus proculabistis, ut sub ducis huius generosi signis militaretis, atque ibi assiduum & implacabile cum carne, mundo, ac diabolo bellum gereretis, generosam hanc animam præuentem sequamini, iter quod ille statuit in siste, ab illius virtute nolite degenerare, ab illius instituto ne vellatum vnguem defiscatis, illius regulam ad vnguem & quam exactissime obseruate, sub eius obedientia constanter viuite, talique tamque illustri parente dignos vos filios gerite.

Vos autem, qui pietatis studio acti, mundi naueam conceperitis, qui eius fraudem perspectam habetis, vanitatem ad oculum cernitis, nequitiam notissimam habetis, & quotidie eius imposturas & fallaciam intuemini, vos in quam, qui non nisi Dei amorem, sanctorum cultum, ac salutis vestræ securitatem sectamini: vos etiam, qui non nisi Deo quiete tranquilleque seruendi rationes inquiritis, & ut paulatim à mundo recedatis, honeste ab hominum contubernio vos subducatis, & à

terrenorum negotiorum turba vos sequestris, omni ratione contenditis, in S. Benedictum oculos conicite, sublustre hoc speculum contemplmini, eius ad exemplum vitam insituite, ad illum vota conuertite, illum ut patronum eligit, ut ducem sequimini, omnes dent que cogitationes, verba, actiones, ac reliquæ vitæ rationem ad eius vitæ operumque imitationem & exemplum semper componite.

Tu vero Beatissime vir, Cœnobitarum sol, anachoretarum fulgor, solitiorum lumen, magne & omni ratione admirabilis Benedictus, Religiosorum decus, Dei famulorum gloria, Christi Iesu militum antesignane, sanctorum monachorum Patriarcha, ordinis maximi amplissimique, & quo nullus in Ecclesia aut latius pater, aut nobilitate prestantior est, fundator, sancte inter sanctos reliquæ sanctitate admirabilis, inter homines vitæ austerritate incomparabilis, inter perfectos omnes charitate inestimabilis, Gloriose Benedicte, pietatis norma, religionis columna, omnis perfectionis exemplum, & piorum sanctorumque exercitorum magister, pro nobis, obsecro, Deum deprecare, noster cito patronus & intercessor, fac in quam, beatissime millies Benedicte, ut tua hic in terra sequentes vestigia, mundi scilicet contemptum, vanitatem fugam, castitatis honorem, paupertatis affectum, obedientiæ perfectionem, proximi charitatem, necnon coelicorum desiderium gaudiorum, & Dei imprimis amorem, quæ sunt via ad salutem tendentes, inde, confecto tandem vitæ huius curriculo ac stadio ad glorias sempiternæ urbem pertingamus: cuius nos ciues & possessores reddant Pater, Filius ac Paracletus Spiritus sanctus.

Amen.



IN